

¹⁰⁴
PETRUS GRADONICUS
DUX XLIX.

*Electus die 25. Novembris Anno 1289. obiit xiii.
Augusti. Anno 1313.*

INSCRIPTIO ANTIQVA.

*A faciendo salem Paduanos Marte coegi
Urbem purganti, propulsis seditionis.*



Ortuo Dandulo, Iacobus Theupolus à seditione populo postulatur in Ducem. Is autem sibi imperare malens, quām Reipublicę cum tumultu, Marochium secessit, ibique latuit, donec Patritiorum suffragiis ex Iustinopolitanā Præturā vocaretur ad solium Petrus Gradonicus ætatis Annorum duo de quadraginta, qui diem S. Catharinæ sacrum festum volvit, uti suæ assumptionis anniversarium. Andreas per id tempus, Rex Pannoniæ, Stephani ex Tomasinæ Maurocenæ filius Venetum ingressus theatrum non tam domum subiit maternam, quām signa usurpavit gentilitia, albâ tantum Cruce cum parvo circulo illis adjectâ. Sequutum inde Bellum